

6316 Q. Alfius Q. f. | Fal. Iustus scrib. | Ilvir. et q.¹ Capuae | vivus sibi fecit | [a]nn. agens aet. LV, | et | . . .

Casapullae prope Capuam (X 3906 vidit Mommsen). — 1) *Scriba duoviralis et quaestorius.*

6317 Alexander | colon. tab.¹, | Privati arc. | Cretae² f.³

Capuae, lapis utrimque eisdem verbis, sed forma litterarum diversa inscriptus (X 3938 vidit Mommsen). — 1) *Coloniae tabularius.* — 2) *Arcarium Cretae fuisse in colonia Capua inde explicatur, quod coloni agros vectigales habuerunt in insula Creta (cf. C. I. L. X p. 368).* — 3) *Filius (fil. in altero exemplo).*

6318 C. Campanio | col. lib.¹ | Ursulo, Lupulus | col. Capuae arcar. | amico optimo.

Capuae (X 3940 vidit Mommsen). — 1) *Coloniae, sc. Capuae, liberto.*

6319 Macedoni | Euphrosyni¹ arc. | magister (sic) familiae | limaetae², | Salvilla mamma.

Capuae (X 3942 vidit Mommsen). — 1) *Intellegendum vel: filio, vel: vicario.* — 2) *Intelleguntur servi publici limo cincto. Cf. supra N. 6087 (lex col. Genet.) cap. 62; infra N. 6696; Mommsen Staatsrecht I (ed. 2) p. 310 not. 1.*

Titulos Capuae vel prope Capuam repertos dedi iam (praeter citatos ad N. 6302 not. 7) N. 22. 24. 79. 251. 888. 992. 1173. 1181. 1863. 1947. 2171. 2225. 2686. 2997. 3004. 3064. 3079. 3099. 3240. 3241. 3261. 3280. 3348. 3413. 3443. 3523. 3609. 3737. 4083. 4362. 4918. 5380. 5309. 5708. 5890.

6320 sanctissimo deo | Genio coloniae | Puteolanorum¹ | Nemonia Calliste Nemoni | Eutychetis cum duobus | M. M. Nemonis M. filiis | Euty-chiano² et Gemelliano | fratribus suis et | Nemonia Ianuaria filia sua | dono dant. (*Supra*) dikata | L. Venuleio Aproniano II, L. Sergio Pa[ullo II] cos.]³ (*In latere virgo citharam et plectrum tenens. In altero latere Victoria coronam porrigens iuveni, citharam et plectrum tenenti.*)

Puteolis rep., postea Neapoli (X 1565 aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) *Genio coloniae Puteolanorum dedicatus est etiam titulus supra N. 344 (praeterea X 1564 seq.); ad eundem pertinet N. 226.* — 2) *Idem supra N. 4326.* — 3) *A. 168.*

6321 Aug. sacr. | centuria | Petronia¹.

Puteolis rep. (X 8478 vidit Mau). — 1) *Cf. infra N. 6334.*

6322 [i]mp. Caesar[i] | divi Vespasiani [f.] | Domitiano Au[g.] | Germ., pont. ma[x.], | trib. potest. XIII¹ | imp. XXII cos. XVI | censori perpet., p. [p.], reg. vici | Vestoriani et Calpurniani².

Neapoli, sed videtur esse Puteolana (X 1654 vidit Mommsen). — 1) *A. 93/4.* — 2) *Alias regiones Puteolanas habes supra N. 1224^a. 1224^b. 1234. De regionibus Nolanis infra N. 6348. 6349; de Neapolitanis N. 6459 not. 2; cet.*

6323 [imp. Caesari | divi Traiani | Parthici fil. | divi Nervae] nepot. Traiano | Hadriano Aug. | pontif. maximo, | trib. pot. V¹ cos. III | inquilini vici | Lartidiani.